

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Plutarchu Chairōneōs Ta Sōzomena Panta

Continens Vitas Parallelas Graecè & Latinè

**Plutarchus**

**Francofurti, 1620**

In Ciceronem annotationes

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1340)

IN DEMOSTHENEM ANNOTATIONES  
 nes Guil. Xylandri & Herm. Crusarii,  
 interpretum.

**P**hilippi & Alexandri magni ætate vixisse Demosthenem Atheniensem oratorem, neque multo post huius obitum tempore periisse, res est non obscura.

847. a. *Delphinis hic in continente cursus est* ] Posterior est pars senarii vsus. Continet autem prouerbum. Nam delphinus piscis est præualidus, & qui in mari plurimum proficit in terra nihil valet. Ita inquit Plutarchus se fortassis haud parum in rebus Ciceronis & Demosthenis gestis posse iudicandis: de facundia autem minime valere iudicio, cuius rei causas attulit. Possimus uti hoc versiculo quoties rem nobis inauditam ea ratione recusamus quod ad eam peragendam vires nobis aut peritia deficiat: aut ea à natura nostra vel instituto sit aliena. Non abludivit ab adagione apud Liniu[m] relato, Catherium in fossa.

Ibid. c. *Ex optima civibus* ] *καλῶν καὶ ἀγαθῶν καλοὶ καὶ ἀγαθοὶ* ciues apud Athenienses erant ut quales Romani vocant optimates, à plebe seiuncti, & in rebus priores. Sic sæpe Thucydides, sæpe Plutarchus, præsertim in Pericle. Quod dico ut intelligas non tam vitæ hinc quam ordinis in rebus rationem indicari. Cic. lib. 1. De officiis videtur optimum quæque vocare eum qui hinc est *καλὸς καὶ ἀγαθός*. Ex quo (inquit) evenit ut alii populares, alii studiosi optimi cuiusque videantur, pauci universorum. Locus Æschini qui mox citatur, est in nobili illa aduersus Ctesiph. orat.

848. c. *Platonis Demosthenem auditorem* ] Hoc idem gravissimus autor Cicero affirmat, non vno loco: ut in præfatione Officiorum, & initio Oratoris, in Bruto, & primo De oratore libro.

849. e. *Lamachus Myrinas* ] In Græco enim est, *Μυρρινάου*. malim, ut alibi legitur, *Μυρρινάου*, aut potius *Μυρρινάου*. Est autem Myrthine, *Μυρρῖνη*, vitis Æolidis. Myrthenam nullam, neque Mirthenam novi. itaque non habeo quod statuam.

850. b. *Rhopaperperetram* ] *ῥωποπερήτρα* est in Græco libro, atque ita video ab omnibus legi. Sed ut ea vox exponi possit, nondum video: mihi enim fasciculi isti non probantur vel verborum vel samentorum. Sequor autem Varinum, qui ostendit, *ῥωποπερήτρα* factum esse vocabulū *ῥωποπερήτρα*, sicut à *δάκτυλος* fit *δακτυλήτρα*. Idemque, Eustathium scilicet sequutus, exponit *ῥωποπερήτρα* significare inanes & futiles nagas. Nota sunt *πέρπρηρα*, *πέρπρηρα* & *πέρπρηρα*. *ῥωποποι*, inutiles & viles res seu merces significantur, quales vulgo circūferuntur non ad instruendos aliqua utilitate, sed emungendos pecunia homines. leues præsertim & curiosos, paratæ. Et *ῥωποποι* etiam in Lyc. Plut. eodem modo dixit. estq; venustum Erasistrati dictum, *πῶς φύσιν οὐδὲν ἔχειν ῥωποποι*. itaque *ῥωποποι* & *πέρπρηρα* componitur *ῥωποπερήτρα*, eleganti translatione inanem loquacitatem ac temerariam explicans: quo in genere comici solebant ludere, & quale notum illud *κομπρακελλ-*

*λορήμων*) atque ab eo *ῥωποπερήτρα* fit *ῥωποπερήτρα*: quomodo hic legendum omnino puto. quando & Eustath. in Iliad. hoc ipso vocabulo notari futiles & garrulos testatur, inquit: *ῥωποποι* ἢ *ῥωποπερήτρα* πρὸς *πέρπρηρα*, (nimirum Demosthenes) *ἵππυχοδαμότη* & *φλυαεῖα* σκωπόμενος. Simile huius est illud *ῥωποπομολήτρα*, obiectum Eubulidæ Milesio, Euclidis sectatori, à quodam comico apud Diogenem Laertium lib. 2. Apud Suidam est *ῥωποπομολήτρα*.

Ibid. d. *Meatum securis orationum exurgit* ] Apparet in Græco esse iambicum senarium hoc quidem loco. nam in Phocionis vita pro *ἀνίσταται* legitur *παύσιν*: atque ita versus ratio tollitur. Itaque ut satisfacerem & iis qui versus esse iudicant, & iis quibus aliter videbitur, versus reddidi, sed qui in oratione stare possit.

851. a. *Æsiona* ] Pro Æsionem legitur Appionem in vita Demosthenis hac, cum Demosthene impressa.

854. a. *Præterea Daochum Thessalum, & Thrasydæum* ] Ita legit & Aretinus, & Amiotus Hieronymus Wolfius, vir doctissimus, & quem amicitia honorisque causa nomino, in huius vitæ versione locum hunc asterisco notavit, quod particula ἢ post *Μακεδόνες*, omnino aliquid diversi videatur significare: id quod tamen verba non explicent, loco scilicet mutilo. Cuius ego coniecturam eatenus probo quatenus Daochus & reliquis epitheton deesse censuit: Thessalos autem Daochum & Thrasydæum affirmare non possum. Historiam (ut obiter moneam) qui plenius & expressius legere cupit huius belli, Diodorum Siculum, vel Gemisti paralipomena cum Herodoto Basileæ impressa evoluat.

855. a. *Demosthenes Demosthenis* ] Iambicum trimetrum, & alterius caput verba Græca efficiunt: atque in Græco etiam ita distinguenda sunt ut carminis ratio appareat. *Ἐπιουρούειν* ego accipio Mensuram carminis, vel manus vel (quod huic magis quadrat) pedum motu exprimere. quod nos vulgo, *die mensjer schlagen*, dicimus.

859. c. *Puerum vocans & margitem* ] inerrem & nullius precii stolidumque hominem. Meminit eius ex Homero Aristoteles, atque Clemens Alexandrinus. Vide Erasmi Chiliad. de Margite.

858. d. *Phylarchus* ] *Φύλαρχος*, alibi: & in hac vita alias cum Demosthene impressa *Φίλαρχος*. Sed hoc rectius est. Aretinus Phalereum legit. Idem *χάλα δὲ κων* vertit venale, quasi si idem essent *ὄνειον* & *ώνιον*.

859. a. *Eluserunt legem* ] Xyl. vertit, *Commento illuserunt*. & an notat, *ἐπιφύσιν* ἢ *νόμον*. *ἰσοφύσιν* legendum, non ex altero modo exemplari, sed palam ex sensu constat.

Ibid. c. *Calauria* ] Hæc aliquando *καλαεῖα* scribitur, ob asinitatem literarum ut *αἰεα* & *αἰεα*. nam vitiosa pronuntiatio hæc inuexit: sicut id quoque quod β fere in scriptis libris figura nostro u simili exprimitur.

IN CICERONEM ANNOTATIONES  
 nes Guil. Xylandri & Herm. Crusarii, interpretum.

361. a. *Cicero matrem tradunt Helniam* ] *Ὀλβίαν* & *Ζηροῖναι* & *καλῶς* *βελτιοκέναν* *ἄλβου*, opes, ἄλβιον diuitem esse scio. Caterum hic mihi metui ne si verterem quomodo uterque interpret, negligentior merito iudicaret. Puto autem scriptum esse à Plutarcho, *Κικέρωνος ἢ πῶς ἢ μητιεα λέγοισιν Ἐλβίαν καὶ Ζηροῖναι καλῶς, καὶ βελτιοκέναι*. Primum ipsa traiectione particularum *Ὀλβίαν καὶ*, locum mihi fecit suspectum. Deinde quam Græci loco v consonantis *π* *β* *η* *π* utantur, cogitavi quam Plutarchus siue *Ἐλβίαν*, siue *Ἐλβίαν*, dixisset eam à librationis postea *Ὀλβίαν* perperam scriptam, proprio in appellativum commutato. Nam Eusebius quoque Helniam Ciceronis matrem nominat, sequutus eisdem (opinor) auctores: & Helui Romæ fuerunt, Cinnæ cognomento. Denique vix mihi persuadebitur si autor matrem Ciceronis (cuius nomen omittete non puto, voluit) diuitem voluisset affirmate, *ὄλβιαν* scripturam fuisse. Dixi quod sentio, ex tetorum salvo iudicio.

Ibid. b. *Ally ad Appium Tullium* ] In Græco est *Τύλλου Ἀππίου*, quod interpretes parum de his rebus solliciti retinuerunt. Est autem legendum *Τύλλου Ἀππίου*. loquitur enim de Tullio Attio Volscorum rege, ad quem exul Coriolantis confugit. Livi lib. 2. Dionysius lib. 8. initio, & in Coriolani vita noster.

Ibid. *Verum is qui huius gentis Cicero princeps est cognominatus* ] A cultura cicero hoc cognomen Plin. lib. 18. c. 3. ortum ait, sicut Lentuli, & similia.

Ibid. c. *Tertio novas Ianuarias* ] *ἡμέρα τελετῆς τῶν νέων καλῶν δῶν*. Hunc suum natalem diem Cicero ad Atticum etiam notat, lib. 7. epist. 5. Ita, inquit, ad urbem 3. Non. (patet autem ex superioribus loqui de Ianuario) natali meo. Et lib. 13. epistola. Venit ille: Sed heus tu, inquit, diem meum scis esse 111. Non. Ianuar. aderis igitur. Gellius lib. 15. cap. 28. ait: Q. Capione & C. Serrano Coss. ante diem 111. Nonas Ianuarii, natus est M. Cicero, fuit hoc anno V. C. DCXCVIII. Lati-

nus interpretis Boethius, 111. Kalen. Ian. vitiose extulit quem errorem, ut per sepe alios, sequutus est Amiotus. Locum autem doctè, ut omnia, in sua quaestura Corradus explicavit.

Ibid. d. *Qualem esse Plato vult* ] Disputat ea de re cum aliis, tum principio libri De re publica, exti.

862. a. *Viginti millibus aris* ] Xyl. vertit, *Octo millibus nummum*. & annotat, Ita quidem est in Græco. nam duo milia drachmarum hoc efficiunt, quum quatuor nummi festerii sint in denario. At apud Ciceronem in hac pro Sex. Roscio Amerino oratione ita legitur: Bona patris huiusce Sex. Roscii quæ sunt sexagies, de viro clarissimo & fortissimo L. Sylla, quem honoris causa nomino, duobus millibus nummum se dicit emisse adolescens vel potentissimus hoc tenore nostræ civitatis, L. Cornelius Chrysogonus. Neque vero dissensisse à Cicerone Plutarchum credo: multo minus autem ignorasse ut hæc summa Græce ferretur, aut lapsum fuisse eam re. Itaque nisi mendum libris (quod ipsum affirmare durum est) vel apud Ciceronem, vel apud Plutarchum, lapsus hunc memoria hoc loco dicendum est. Sane illud *Sexagies* accurate & rotundo ducentorum ac quinquaginta talentorum numero expressit. Etenim talentum constat minis LX. mina centum drachmis, seu denariis: in denario quatuor sunt, ut diximus, festerii nummi. quo fit ut in singula talenta sex denariorum, vel XXXIIII. nummorum, millia computentur. Ergo de CCC. talentis, MD. millia drachmarum, sexies millia millia nummorum rediguntur. Hæc iam ad centena millia (nam quoties festerium vel dicitur, vel dici intelligitur, ut in hoc loco Ciceronis sexagies, & alibi decies, ac similia omisso vocabulo festerium ponuntur, toties centena millia nummorum indicantur) reuocabimus: erant sexagies centena millia nummum, hoc est sexagies festerium. Id obiter annotare non abs re duxi. In vita Antonii infra similis locus Ciceronis referetur.

863. b. *Neque honore erat in villo, appellabant eum Græci.* ] *πρωτοκλήσιον*: Hoc passivum est verbum vitiose, non actiuum: & negligi significat, non negligere. Male hæc interpretes extulit, sicut & *ροσκιών*: quod vocabulum hodie pro Lauro usurpatum, eodem modo apud nos solet ignominia loco eruditus & simplicibus hominibus ab avaris hominibus ac superbis bellorum campibus obici.

Ibid. d. *Contra disciplinam militarem* ] In Græco est *ἀπαξίω*: quod qui ad desertos ordines referunt, speciem pro genere non satis prudenter arripiunt. Multa enim alia hoc vocabulo comprehenduntur, non tantum *ἀπαξίω*. Non sine constanter quædam *ἀπαξίω* obiecta iuuenibus illis Romanis fuerit: sed hoc *ἀπαξίω* Græcis esse quicquid sit contra disciplinam militarem. Sic in vita Pompeii, *ἀκούων περὶ στρατιωτικῆς ἐν ταῖς ὁδοῖς πειρᾶς ἀπαξίω*. & alibi.

Ibid. *Quidam sibi accidisse ridiculum ipse ait* ] Locus est in oratione pro C. Plancio, tan etiam paulo altera tem narrat Ciceroni, quidem ut ad summam negotii aut nihil aut parum i. ter sit.

864. c. *Cæcilius* ] Q. Cæcilius Niger, domo Scævulus, & quaestor Verriis, contra quem D. unatio seu prima Verriina Ciceronis est. vide Alconium. Suis autem abstinere ludæos; (quæ societas materia) notissimum est.

Ibid. d. *Flamam anam Arpinam* ] *Ἀρπυίας*. Ciceronis patria fuit Arpinum, unde Arpi a dictus est. fuit autem in Campania, ut & Neapolis, & Pompeii, quod vel ex Plinio libr. 3. cap. 5. intellexeris. Arpi autem vis est Arpura, in duera L. alia parte: ut plane huc non quadret. Nisi Arpinum forte Græci *Ἀρπυίας* dictum sit, quod credere est durum.

865. a. *Fama est Licinium Macrum* ] C. Mæcer ille est, cuius 1. Ep. 3. ad Atticum meminit. Aliter narratur hæc res à Valente Max. libr. 9. cap. 12.

Ibid. c. *Non habeo tantum collum* ] *πυλὸς πονηρὸς ἄλλοθεν*. Guttur verterunt Boethius & Corradus: non sine ita vitiosus requirit. neque vero *πυλὸς* guttur est. est autem vernacula etiam nostra lingua usitatum ut homines impudentes & in dicendo præsertim temerarios, valido collo præditos dicimus. Atque ita etiam Marius (ut refert Plutarchus) in senatu respondi: Non ita latum sibi esse collum ut de tanta re quicquam affirmare audeat, de lege Saturniana loquens. Eo aliter Ciceroni, strumas Varroni eleganti dicto notavit. Post in Græco *ἐλατὸν* est, quod non video quam commode legatur. Sicut & illud *ἵσχυροῦ τῶν ὀπίσθια καλούντων*. Sed sententia sunt plana.

866. c. *Hinc illi qui per leges Cornelias ab honoribus petendis arcebantur* ] Proscriptorum filii. Vide Corradum & alios. Plin. libr. 7. cap. 30. in eulogio Ciceronis: Te orante proscriptorum, liberos honores petere puduit. Meminit ipse libr. 2. Ep. 1. ad Atticum.

867. a. *M. Otho prætor* ] Ita hæc ut in Græco sunt retuli: nisi quod animadverti etiam alius *πραξιῶν* vocabulum pro quouis magistratu poni, minus proprie. (Quod viderat multo ante Polybius, *πραξιῶν* vocem prætoris nomine ampliore: itaque hunc alius *ἐπαπύλοκον* vocat. Etiam in Lucullo eadem de re annotavi.) Nisi quis erratum vel à Plutarcho vel à librario (quod malim) dicat: ut *δημοδρόμων* legatur. Autor enim legis theatralis fuit tribunus plebis: quod & diserte Linius libr. 99. tradit, ut ex Epitoma intelligitur, & apud Dionem libro 36. perspicue docetur. Fuit autem is tribunus plebis, L. Roscius Otho. Prænomen L. est & apud Ciceronem in Mureniana, & apud Livium ac Dionem quibus dixi locis, & apud Alconium Pædianum in oratione pro C. Cornelio, & apud Actonem in 4. Epod. Horatii: ut M. à Plutarcho dici mirer. quanquam mendum potius, aut *μνημονίων* esse *ἀμφοτέρω* suspicor. Porro autem Roscius nomen fuit, Otho cognomen. Id quod quum pridem Dionem vertissemus, in eumque annotationes scriberemus, festinantes & parum solite circumspectantes fecellit. Itaque ibi putavimus Dionem & Livium à Plutarcho & Horatio & Iuvenali dissentire, quod falsum esse, vel vnus Horatius nos poterat docere. Cuius enim ex quarto Epod. vnus versus citavimus de Mena, Pompeii liberto, auso in XXXII. ordinibus sedere, *Sedibusque magnis in primis eques Othone contempto sedet*: idem in prima ad Mæcenatem epistola legem de ordinibus Rosciam dixit, eo loco, *Roscia dicitur sedes melior lex*, &c. Sane statueramus Dionem nostrum & emendatum pluribus in locis & politum deuo edere, quum typographus in Gallia in suis plane nobis priorem editionem recoxit: qui opera nostra vti, & melius de nobis & Dionem studiositque mereri potuisset, si voluisset. Sed quid facis hominibus etiam cum damno & dedecore aliorum lucrum sibi captantibus. Nos vel correctura (ut dixi) breui dabimus: vel, si id commodius videbitur, seorsim castigationes nostras & annotationes edemus. Nunc ut finem faciam, vim Rosciæ legis scribam. Quatuordecim gradus in theatro proximos post patricios sequebatur Roscius, in quibus equites spectarent, plebs exclusa. Porphyrio & Acro ex his primo pro tribuniciis servatos fuisse scribunt. Plinius libr. 7. cap. 30. Te suadente (ad Ciceronem conuersa est oratio) tribus Roscio theatralis legis autori ignouerunt, notataque se discrimine sedis a quo animo tulerunt. Erat autem certus præscriptus census equestri ordini, quem qui non explerent, iis spectandi locus in XXXII. ordinibus non dabatur. Quod non modo ex Satyris Iuvenalis, tertia & decima quarta, apparet, sed Horatius diserte ostendit fuisse quadraginta millia nummorum, id est CCC. festeria, ibi, *Si quadringentis septem sex millia defunt, Pleberis*, &c. Quod idem ex Suetonio & aliis colligi potest. Plinius libr. 33. cap. 2. docet hoc caput repetitum sub Tiberio, quem locum consule, nos alio vocamus.

868. a. *Ipsi Crasso vnâ sine nomine* ] Quod hoc loco calumniatur Plutarchum Corradus, quasi in vita Crassi diuersum scripserit, inique mihi videtur facere. Nam profecto ibi nequaquam dixit, epistolam illam fuisse à Catilina scriptam, sed de Catilina fuisse scripta quædam istis in litteris: à quo, non additur, ut optime cum eo conueniat quæ dicitur *ἀδωπο*. epistola dicitur. Est enim ibi, *ὅτι ἔβλεψα κομιζόμενα καὶ τὸ Καπίλιον, & τὴν πύργον*. Quæ duo postrema vocabula mendum continent, sed quod nullo modo potuerit Corradum in Plutarchum armare.

872. a. *Qui illorum actionibus pari præditus potestate* ] Tribus plebis qui Cæsaris instinctu Ciceronem vexabant. *ἐκείνων* in Græco ad Cæsarem referuntur, scilicet autorem consiliorum quorum administrerant *δημόκρο*. Sic enim legendum, non *ἐκείνων*. satis constat: neque libris nouum crimen obicitur. Calumniari autem Plutarchum hæc plane nihil attinebat, quasi prætoris & trib. plebis potestate eandem putasset. Neque mei est institutum Plutarchum defendere, qui seipsum satis defendit. Nam quæ Ciceroni obicitur vitia, excusare humanum est: negare qui velit, ipsi etiam Ciceroni, nedum Plutarcho & aliis etiam Latinis scriptoribus, omnem fidem derogat.

872. d. *Adium quendam* ] Mentio Actii sceneratoris est apud Ciceronem epist. 10. libr. 1. ad Atticum. interpretatio-

nem ioci coactus sum addere de meo : quia , ut pleraque id genus , in Latinum transfusus amittit vim & leporem suum.

874. b. *Relicto aliquando tribunatu plebis* ] id factum est Siliano & Murena C. i. p. proximo post Ciceronem anno. Historia est apud Dionem per scripta, lib. 37. In Græco ἀπολιπὼν ἀφ' ἑω, sed scribatur ἀφ' ἑω.

Ibid. c. *Adrastrum* ] Notum est hunc duobus exilibus, Tydeo & Polynici, duas filias nuptum dedisse. alter qui sequitur velliculus, notus est de Laio.

Ibid. d. *Qui proclamantur* ] αἰαπεφανκῶτων. non satis hoc assequor: nisi proclamator fortassis, vel præco dicatur esse, aut ab eo genitus. nam illa officia fordida ac parum digna ingenuis habebantur.

Ibidem. *Honorum auclionem proscriptisse* ] Xyl. vertit, *Bona quædam proscriptisset.* & annotat, ἀμύρομαι ἀπεργάζω. Vereor ne hic sit ἀμύροια librarii, & aliquid aliud legendum. non enim video quid sit vitium vel peccatum proscribere, nisi forte se decoxisse & soluendo non esse præscriptit ipse : quod an fuerit moris nescio: neque memini me legere. Viderint doctiores. Cr. hic annotat Ἀπάρπον habet Plutarch. in Apophth.

Ibid. f. *Cum qua ingressus fuerat* ] ἢ σιωπῶν. Neque hoc statim obsecrum est verbum, ut ne apud Latinos quidem Congredi, & similia: & magis tamen placet σιωπῶν legi, ut in Cæli re est, & videtur legisse Amiotus. Aura ancilla in Casare dicitur: quomodo etiam Calautia & Calabria, promissula, varie & promiscue scribuntur.

875. a. *Ac nomen Clodii de violatis sacris detulit* ] Xyl. vertit, *Clodium postulant.* \* & annotat, Cor asteriscum adiecerim, non est obsecrum: quis enim non videat, accusatoris nomen hoc est, nominatiuum qui ad ἀπαρχία pertinet, deesse? Tantum enim abest ut Casar eum accusauerit, ut ne testimonium quidem dicere voluerit. A tribuno plebis postulatum Clodium, est in vita Cæsaris.

Ibid. b. *Interprete vti Tullo quodam* ] Τούλλου Τουλίου malim ut libertus aliquis Ciceronis intelligatur.

Ibid. c. *Colluuiem inopum ad cœpta sua decuriauit* ] Bochi interpretatio, itemq; Amioti, non tam à verbis Græcis quam à veritate videtur aliena. & πολιτυμία significare frequentet conatum aliquem certæ rei in ciuitate conficiendæ, (vide & πολιτυμῶσαι eodem modo deductum) notum est.

877. a. *Sed locum ostendit ei se designaturum in agro* ] ἢ χωρίον ἢ καπαρχίαν. Bochi, *illuc eum in crimen delaturum offeruit.* sed fere pleraque ab eo sunt negligenter verba. Sic ex Fabrum magistro adilem proximo vertu fecerat. Corradi versionem non habeo cur probem: *ex ipsa regione se militem in eum conscripturnum denuntiavit.* καπαρχίαν iocis aliquando esse Militem scribere: sed quid χωρίον? Deinde si talis aliquis sensus his verbis subesset, non videtur particulis & & ἢ vlturus fuisse, quum posterius membrum priori esset atrocius. sed dixisset fortassis, οὐ λόγος οὐκ ἐστὶν ἀπὸ οἰκίας ἀπὸ χωρίου, & c. nunc illud ἢ priori aliquid dissimile videtur ostendere. Itaque intelligo, Vibium domo eum recipere non ausum, ob metum edicti Clodiani: partem tamen aliquam in agro suo vel pradio designasse, vbi lateret. alibi nihil memini me de Vibio isto legisse. Sane Amiotus nobiscum sentit. Quid vel hic vel Corradus legerint, non satis scio. C. Virgilium pro Vergino posui, ex oratione pro Cn. Plancio.

Ibid. c. *Atque mirificam vim iubet gloria* ] Mirum quam plane diuersam à Plutarchi verbis sententiâ Bochi & Corradus hic protulerint : non videntes forsitan nomen δεινῆ (quod illi ἢ δεινὰ tanquam adiectiuum attribuentes, omnia conturbant) ad verbum ἀποκλύσαι & αἰαμύροια δεινὰ pertinere. Est enim ea oratio qua non Græci modo, sed & poetæ Latini Græcorum imitatione crebro vtuntur: vt in vulgato illo, Δεινὸν γὰρ εὐφροσύνην αἰαμύροια ἀποκλύσαι. Horatius sæpissime: *res tunc resonare septem Callida neruis.* & De luna: *celeremque pronos Voluerō menses.* Et de ipso Horatio Persius: *Callidus excusso populum sua suspendere naso.* sed quid opus exemplis in re nota?

878. a. *Quod iactavit postea Cicero* ] In oratione post reditum in senatu.

Ibid. d. *Ut concedere illi videretur* ] ἢ δεινότερον αὐτῷ, ut ad Hortensium referatur. Ego ad ipsum malle, & αὐτῷ legi. Corradus videtur legisse μὴ παύσασθαι, sed non coherentem sensu, res non est magni momenti.

879. b. *Nulla præterea pœna imposita* ] Recte hæc Bochi, vel saltem conuenienter Plutarchi verbis reddidit. Corradus autem, quod & alias ei accidit, locum, quasi si difficilimus esset, peruertit, ita ut intelligere nemo possit quid dicat nedum, ut Plutarchi verba exprimat. Quid est enim hoc? *Et eos qui nihil soluerent, & illo plus acciperent, sine infamia conseruauit.* Quod si ei labi communi hominum sorte euenit, in re præsertim tam aperta, & quam ipse deinde verbis Cic. ex vi. ad Atticum referat: a quorū profecto Plutarcho erit qui eum sæpe indigne, crebro quidem ab illo reprehendi & vexari viderit. Neque ego hæc dico ut de Corradi gloria quicquam detractum cupiam, quem admittor hercle: & fateor me, si adesset, libenter inter eius discipulos futurum: sed ut ostendam, non omnes nos ab vnus alicuius autoritate pendere debere.

Ibid. d. *Calo oratorio* ] Vide epistolas Cicer. famil. lib. 2. & 8.

880. c. *Cato qui magnas copias & classem habebat Dyrrhachis* ] En tibi æquum Plutarchi censorem Corradum. Hic dicitur, Catonem copias Dyrrachii habuisse: in vita Catonis, Corcyra Ciceroni ab eo oblatum imperium. Ergo (inquit Corradus) de loco secum Plutarchus, ut sæpe, pugnat. Quasi vero non ponerit milites habere Dyrrhachii idem, & Corcyra Ciceronem conuenire. Paulo ante de aquilis legi, & legendum otu nino puto, λέλειπε δὲ οὐκ ἔστιν ἔτι.

881. a. *Apud Lentulum* ] Lentulus hic pro Dolabella positus à Plutarcho. Cr.

883. c. *Vsq; adeo enim subiit eum adolescens* ] ἢ ἄρτιος ἢ μετὰ τὸν αὐτῶν. ἢ ἄρτιος particula abundat, id quod quibus viderit. Corradus hæc verba, quibus perspicue dicitur Octauium Ciceroni se insinuasse, & submitendo se blanditum esse, falsè ad Ciceronem detorsit, ut haberet quod in Plutarcho reprehenderet. *Nam sic, inquit, adolescenti se subiicit.* atque hoc deinde refutat, quum Plutarchus non dixerit. id est nimirum cum laetis luctari.

885. b. *Ad Capuam* ] Καπίτας. Bochi Capuam reddidit: & sic est apud Appianum lib. 4. ἢ μὲν. quæ vrbs tamē non in ora est sita. sed intelligi tamen vicinque possunt prædia haud longissime ab vrbe ea distantia, ex Liuii lib. 120. cuius extat fragmentum de obitu Ciceronis. Videtur Caieta legendum.

Ibid. c. *Popilius* ] Scribendum in Græco Ποπίλιος, non Πίλιος, iam pridem ad XLV. 1. librum Dionis docui.

Ibid. e. *Quatuor & sexaginta* ] Liuius dicit 63. Cr.

IN DEMETRIUM ANNOTATIONES  
 nes Guil. Xylandri & Herm. Crusarii,  
 interpretum.

**P**yrri equalis hic fuit, filius & successor Antigoni magni, a quo regnum M. cedonia vsq; ad Perseum à morte Alexandri durauit.

890. b. *Ex Antigoni posteris* ] Necruit autem Demetrium, Per si calumnias inductus, Historia copiose est & eleganter à Liuiio descripta lib. 44. Donatus imperite locum peruertit, & Antigoni filium Philippum nominauerat. nam quod prius lignus fuit, excusare eius oscitantiam nequit. Vide genealogiam quam apud Emiliū vitam descripsimus.

891. c. *Abrogatoque vetere magistratu Archonte, à quo denominabatur in fastis annus* ] Xyl. vertit, *Eponymom magistratu sublato.* & annotat, De hoc supra in Aristidam annotauimus.

Interpres ridicule, qui certo quodam nomine appellari consueuerat. Idem contra & verba sententiamque Plutarchi, & veritatem rei, regis nomen à solis successoribus Alexandri hactenus usurpatum fuisse scribit: quasi sub eorum numero non comprehenderentur Antigonus & Demetrius. Sed & paulo ante nescio quam Lamiaensium pugnam dixit. Verum ista per se qui omnia est molestum.

895. a. *Abhorrenti dicitur in aurem hoc Eurip. insusurrasse* ] Euripidis nobile versiculū (quem nos ipsum quoque perspicuitatis causa integrum in versionem nostrā transtulimus) nemis eruditorum est fere qui non sæpe viderit: aut audierit: Οὐκ ἔστιν ἀπὸ τοῦ ἀπὸ τοῦ φωνῆ δουλοῦντων. Antig. ita immutauit, & ab obsecrum.